


R.M.L. ~~1~~

204.

Uj lat. ir. Qu.  
~~269.~~

R. M. Jn.  
II. 204.



**S A C R A**  
**DEO ac PRINCIPI**  
Uni Ter Opt: Max: Heroi pacifico  
Pacis Largitori Domino augusto  
*Illustrissimo ac Celsissimo Domino*  
**DN. MICHAELI APAFI**  
DEI gratiâ Principi Transylvaniae, partium Regni Hun-  
gariae Domino, & Sicularum Comiti &c Principi  
ac Domino gratiosissimo.

**E V C H A R I S T I C A**

*Dum inter arduas administrationum Reipubl. Regni Transylvan. curas,  
Illustrif. Celsit. Principalis, Tertium ejusdem Provinciae Statum inclytam  
Saxon. Nationis Universitatem, clementif. dignata gratiâ. Numine  
supremo sanctos conatus felicissimo successu coronante, vacan-  
tiam loci suppletura, eandem Gentem denuò COMITES suo  
confirmato bearet, Antesignano ad vota exornaret,*

*nempe*

Generoso A. P. ac Circumspecto

**DN. MATTHIA SEMRIGERO**  
Sextum haecenus Annum Curuleis Consulatus Cibiniens. fasci-  
bus, laudabili Virtutis trophaeo defuncto: Jam vero Metropo-  
litanae Ejusdem electo Judice Regio, ac investito jam dictae  
Nationis Saxonicae, Comite pio, religioso.

Debitas DEO, cujus opera revelare gloriosum, ejusq; gratiam ponderare pi-  
um; Deniq; PRINCIPI, cujus eximiam benignitatem tacito pede suppre-  
mere nefas, ejusq; clementiam ingratis praeterire piaculum:  
persoluturus grates Anno 1676. Die 22.

Mens. Febr. locabat

**MATTHIAS MILES C. Cibi:**

Imprimebantur per Stephanum Jüngling.



S A C R A  
D E O ac P R I N C I P I  
Uni Ter Opt: Max: Heroi pacifico  
Pacis Largitori Domino augusto  
*Illustrissimo ac Celsissimo Domino*

**DN. MICHAELI APAFI**  
DEI gratiâ Principi Transylvaniae, partium Regni Hun-  
garix Domino, & Sicularum Comiti &c. Principi  
ac Domino gratiosissimo.

**E V C H A R I S T I C A**

*Dùm inter arduas administrationum Reipubl. Regni Transylvan. curas,  
Illustrif. Celsif. Principalis, Tertium ejusdem Provincia Statum inclytam  
Saxon. Nationis Universitatem, clementif. dignata gratiâ. Numine  
supremo sanctos conatus felicissimo successu coronante, vacan-  
tiam h. i. suppletura, eandem Gentem denuò C O M I T E suo  
confirmato bearet, Antesignano ad vota exornaret,*

*nempe*

Generoso A. P. ac Circumspecto

**DN. MATTHIA SEMRIGERO**  
Sextum hætenus Annum Curuleis Consulatus Cibinensif. fasci-  
bus, laudabili Virtutis trophæo defuncto: Jam vero Metropo-  
litanae Ejusdem electo Judice Regio, ac investito jam dictæ  
Nationis Saxonicae, Comite pio, religioso.

Debitas DEO, cujus opera revelare gloriosum, ejusq. gratiam ponderare pi-  
um; Deniq. P R I N C I P I, cujus eximiam benignitatem tacito pede suppre-  
mere nefas, ejusq. clementiam ingratiè præterire piaculum:  
persoluturus grates Anno 1676. Die 22.

Mens. Febr. locabat

**MATTHIAS MILES C. Cibin:**

Imprimebantur per Stephanum Jüngling.



MICHAEL APAFI. Anagr: Hi amplà facie.

*Qui, mihi dic, amplà facie post Fata virebunt?  
Quos APAFI pietas hic regit atq̄ fides.*

MICHAEL APAFI. Anagr: Hic palea fiam

*Hic instar paleæ, cinis ut, ( non borreo ) fiam  
Cælesti granum, sim modò sede pium.*

*Hic paleæ pulvis, mox pia Christe, seges.*

MICHAEL APAFIUS. Anagr. Fila Pacis vebam!

*Fila vebam pacis, texurus Carbasia pacis,  
Pace frui patrios efficiamq̄ focos.*



M. ACADEMIA  
KÖNYVTARA



A. I.

*Epopœia*

M. ACADEMIA  
KÖNYVTARA



Rmipotens rerum PRINCEPS, moderator &  
auctor

Transylvanarum, placido suffulte favore  
Numinis ætherei, MICHAEL illustris  
APAFI,

Partibus HUNGARIÆ spaciosis jure, sequestræ  
Prædominans Ligio, Siculorum Duxq̄ COMESq̄  
Stirpis Hyperboreæ Scythiâ natale trahentum;  
Deniq̄ SAXONICÆ GENTIS, (cui terra Gothorum  
Pars Alemannia dat lucem) PROTECTOR adæqvans,  
Delicium, Patriæq̄ PATER, simul intemeratæ  
Defensor THEMIDOS, Cælestis ab æthere Regis  
Nobile DEPOSITUM salve, PIA GLORIA, salve!

Parce precor, simul in veniam proclivior adsis,  
Quod tua carminibus (projectus ad ima solorum)  
Numina, Regnicolum majoribus obvia curis  
Compellam modicis; Audacibus annue cœptis.

A 2

Regis

Regis in exemplum, magno residentis Olympo  
 Consveti, vultu libamina ferre benigno  
 Rustica, thuricremas Codri qui respicit aras  
 Æqua sorte, manum ceu Ditis opima litantem.  
 Sic *Tua Celse* boni faciat clementia *Princeps*  
 Alloquiêr ( studio rigidam superante Minervam )  
 A tibi syncero, famulorum deteriore  
 Ingenuaq; fide puro ( nã crede ) ministro:  
 Nam meã præfixam petet hanc Polyhymniã metam  
 Hæc q; modo curru signabitur area nostro  
 Auxiliante DEO, meritas quã nomine grates  
 Communi Gentis depromam commemoratæ  
 Heroi nostro: Vigili quo *Principe* cuncti  
 Perfrui mur solidã, se Vindice, pace togati,  
 Sit licet haud nostræ grates persolvere dignas  
 Vis nec opis, meritis præ- posse valentibus omne  
 Nostrum, nulla quibus poterat condigna locari  
 Gratia: Nam numeri, mensuræ, ponderis experts  
 Gratia magna Patrum, si non admiserit æqua  
 Lance pias grates gnatorum ( ceu canit ampla  
 Experiens rerum praxis ) velut atq; Magistri  
 Formantis teneram docta pietate juventam,  
 Haud poterit dignis exsolvi mercibus usquam:  
 Vivere dant illi quoniam, benè vivere porro  
 Dant isti: Meritas quãnto minus edere grates

Princi-

Principibus valeas, noctuq; diuq; suarum  
 Fortunis ovium studiosis? Perpete curã  
 Vivere non nudum causantibus, aut benè solum  
 Vivere, sed pariter vitam duxisse beatam  
 Servitio Superum, frugi Patriæq; palestræ  
 Virtutis, quæ cura parit tria, Principis una,  
 Ast mihi quis titulo prædivite gaudeat isthos  
 Præsidis, eximios stillantis in arida rivos  
 Ora, beneficii Patriæ, Vos dicite Musæ  
 Christiades, triplicis Sylvano gentis in Orbe?  
 Scilicet is secli Decus admirabile nostri  
 Est MICHAEL justus, clemens, moderatus, APAFI  
 Clara vel in Cœlum stirpis primordia torqvens  
 ( Si genus excutias, Proavis, Atavisq; beati )  
 TU nobis inquam Tagy speciosior alvei  
 Thesaurus, rutilo veluti delapsus Olympo  
 Tutor ades vigilans, nulli pietate secundus,  
 Insigni Patriæ Superum collate favore!

Dardanidum levibus Populorum mentibus olim  
 Vana superstitio potuit si fascino stulta  
 Indere, difficileis rebus credendo fidemq;  
 Mercari; Superos crocèa de sedè Polorum  
 Utpote crediderint sibi demisisse benigno  
 Munere Palladium sacrum sacrabile sacrum:  
 Nec collapsuram Martis fore fluctibus unquam  
 Iliacam Patriam, nec Mulciberisq; vicinam  
 Ignibus à rapidis casuram tempore quoquo!

A 3

Quin

Qv̄in hoc Palladij, super Urbe, superstite sacro  
 Pergama salva suis mansura Penatibus imò,  
 Temporis ullius non interitura Periclis,  
 Argolicas hæc si cœpit reverentia gentes  
 Rebus in ambiguis: Quidni reverentia summa  
 Ambiat, obstringat præcordia Christicolarum  
 Ad cultum facti, ficto nec dogmate vani  
 Palladij, superà delapsi sede, Jehovah  
 Insigni (Patriæ ceu spes, salus atq̄) favore.  
 Scilicet illud eras MICHAEL Illustris APAFI  
 Palladium, patriæ quod germinat usq̄ salutem  
 Disjiciens tristem curâ vigilante ruinam:  
 Auspice Trinuno Cœli terræq̄ Monarchâ  
 Custos es patriæ, patrio celebratus amore  
 Transylvaniacæ pacis reparator & author.  
 Dùm Transylvanus jam pene labasceret Orbis  
 Cœlitus extremis Patriæ concessit periclis  
 Depressæ; Postquam truculentis sortibus, hinc ab  
 Annis ter quinis, Fatum nos triste maneret  
 Bellonæ, Teucrum medio sua tempora peplo  
 Cingere spirato solitorum; Judice Marte  
 Fortunas valido conatu dirriperetq̄,  
 Atq̄ facultatum loculos. Dùm redderet hostis  
 Corpora mancipiis obnoxia, servitiisq̄  
 Jungeret horrendos animorum deniq̄ morsus,  
 Ante Patris faciem, socialis pignora lecti  
 Interimendo piâ cum Coniuge, cumq̄ nepote  
 Plus satis infando belli discrimine diri.  
 Nemo suus dici, sibi nemo satisq̄ valebat  
 Cuiq̄ nihil proprium ventebat, Martis avarâ  
 Omne manu rapiente sibi per fasq̄ nefasq̄;  
 Exul erat fidei Numen, pietate fugata

Fallere

Fallere qv̄em, pietas, æquo libare, profanum:  
 Non Halis horribilem Magnatum dignior Ordo  
 Arcebat frameam Passæ, nec curva senectus,  
 Non cunæ gemitus, præcordia dura mōvebant  
 Murzacidæ sobolis, spoliū sine fine fiebat  
 Hostili prædæ Dominus cum mancipe servo  
 Dives, inops, Valachus, Saxo, cum Pannone forti,  
 Qv̄eis Siculi plenam singulis addere rapinam.  
 Hæc inquam dicto feriebant tempore tela  
 Transylvaniadas, rigidis stridentibus armis!  
 Iustitiâ medio nostrorum qv̄ippe fugatâ,  
 Legibus hinc patriis vox nulla, nec usus, ubiq̄  
 Hæc suprema: Licet tibi, quod lubet omne, vigeat.  
 Barbaries, rabies, cædes permista sepulchris  
 Hinc velut in medio Libertas, vortice lethi  
 Sacra qv̄iritabat Patriæ, preciosior omni  
 Fortunæ censu, vel vitâ charior ipsâ  
 Omnibus ingenuis, genuit sub luminis auras  
 Provida qvos mater Natura, nec atra noverca:  
 Hi sacra supplicibus reverenter Numina votis  
 In tanto rerum discrimine, totq̄ periclis  
 Mollior, orabant, Patriam perflaret ut Eurus.  
 Nam super hunc Orbem residet veneranda potestas,  
 Nos super imperium celsa de sede polorum  
 Prudenti miscens moderamine, qv̄æq̄ gubernat  
 Consilium generis terræ de glomere facti.  
 Huic ideo simili valido ratione Monarchæ  
 Subjacet imperium Regionis, & Urbis & Orbis  
 Atq̄ Republicæ curâ cujusq̄ fideli  
 Qv̄a minuit, firmat, transfert, extirpat & auget

Sceptra;

Sceptra, graves fasces, Aquilas, Sedesq; curules  
 Conservans, tollens fixa ratione revinctis  
 Limitibus, metisq; suis: Humana nec ulla  
 Subdere frena potest sapientia Legibus istis  
 Hinc etiam tacitis miranda potentia Fatis,  
 (Heu dolor) & nostris adversa penatibus olim  
 Immittens creperum populo peccante flagellum  
 Quem fœde scelerum series numerosa gravabat  
 In vitis nando, toto velut æqvore, Regno  
 Ignibus exangvem rapido crepitantibus æstu  
 Involvit patriam, nuper felice togatam  
 Pace: Nec ambiguos revocasset spiritus unquam  
 Tu nisi Palladium, MICHAEL *Celsissime Princeps*  
 Cœlitus adscitum, disjectas æqvore toto  
 Turbine naufragii tabulas pro more legisses,  
 Ceu gnævus trepidis quondam Palinurus in undis  
 Ædepol infandi miseranda subacta ruiisset  
 Patria mole mali fido lugubris, Achate  
 Tunc viduata suo, Sed tu prænobilis Heros  
 Frena capeſſebas patriæ, ditante Jehovâ  
 Audaces Apasi conatus fœnore multo.  
 Attamen haud animi fastu, studioq; procaci  
 Raptus ad hoc proprii, solium Regale premebas:  
 Quin mage syderei, qui temperat omnia, nutu  
 Regis, ad hoc animos moderantis Regnicolarum,

Ut

Ut tua communi signarent Nomina voto  
 Principis augusti titulo, stipulante superbâ  
 Teucrorum dantùm solito de more, caterva  
 Investituræ signacula, nempe talarem  
 Mæandram chlamydem, gemmato cortice ferrum  
 Threiciiq; manu de Cæsaris addita, faustum  
 Principis indueras nomen, monitore notato:  
 Quo nos Fata trahunt, retrahuntq; sequamur, oportet;  
 Hæc Tibi magnanimi quondam subsellia Regni  
 Dacica Decebali, Cœlo benè dante locarunt;  
 Quæ pridem poterant Aquilas substernere, fortî  
 Marte, Quirinales Trajani Cæsaris, ejus  
 Fascibus imperii Zarmæis in partibus Haczagh.  
 Adde Lisymacho Dromedem, Decioq; Valentem,  
 Viribus, & reliquos depastis, atq; supremo  
 Lumine præclusos, magna virtute coloni  
 Septem Castrensîs: (perhibet velut alma vetustas,)  
 At quia verborum ne prodigus ipse meorum  
 Audiar, excutiens veterum monumenta Gothorum  
 Abdita, fœditis idola nefanda colentùm  
 Dogmatibus; Placuit compendia Christicolarum  
 Insequier, patriæ felici sydere clavum  
 Torquentum, veteri Sylvæ munimine cinctæ

Non ego Pannoniæ numerosam commemorabo  
 Induperatorum seriem, quæis REGIBUS isthæc  
 Paruit APPENDIX per multos jugiter Annos

B

(Nam



(Nam mea non longà mens fert ambage vagari  
 sufficiant meliora bonis ex pluribus) Ergo  
 Exornes felix aciem Conviva Tonantis  
 Ambrosiæ, STEPHANI de nomine, sancte BATHORI  
 Quem penes, hæc patriâ, Legum veneranda potestas  
 Constitit armigeri Fato sic dante, Poloni,  
 Quid tua decantem Princeps SIGEMUNDE fidelis  
 Tempora, sponte tuâ rapidis dum cederes Austris?  
 Æternâ vigant GABRIELIS Numina mente,  
 Mente nec ullius noxâ peritura diei  
 Bethlenii! sequitur quem bñjuga Rakociorum  
 Heroum series, ut pace, sagorq; potentum,  
 Gaudentem titulo Cultoris utraq; Georgij.  
 Omnibus exuvias mortales hisce relictis  
 Civibus Erigoneis, A limine Principis Aulae  
 Sponte TIBI cessere, suos Civesq; dederunt;  
 Jam tua res agitur, quorum vestigia probo  
 Sancta petis studio Michael Celsissime Princeps;  
 Quo tua trinacres Regni moderatur habenas  
 Dextera, temperate per tot jam lustra probatâ,  
 Ut sua quindecies demesserit arva Colonus,  
 Ac toties bibulus calcarit Vinitor uvas,  
 Distentas hilari Diis Terrigenisq; liqore,  
 Quamq; fatigarint casus hæc tempora dura  
 Multiplices, constat noto vel notius omni  
 Patrio: Quæ lora tamen non eripuisse  
 Celse, potes fuerant manibus (Clymeneidos atrum  
 Prolis in exemplum quondam) Ni cura salutis  
 Justitiâ, Populi coqueret te, præside, nostri.

I igitur vates Phœbi redimite corollâ  
 Tempora docta, cui majores carmine vires  
 Proveniunt, nostrâ nimium titubante Minervâ;

Gnaviter ac APAFII modularis carmine gesta!  
 Undiq; materiam rerum novitate refertam  
 Invenies, validâ patrium quàm cinxerit Orbem  
 Pace, potens MICHAEL (inter bona cætera primùm)  
 Mars ubi præsertim dederit nunc semina belli  
 Omnibus Imperiis truculento fulmine dirus.  
 Heu pia Threicio vicina, POLONIA quàm nunc  
 Tunditur à gladio, (quem flexo poplite Regna  
 Multa, potestatum superarum Lege, salutant; )  
 Ut sibi vix liceat finemve modumve malorum  
 Divinare, nisi vel fortior Arbiter obstat  
 Cœlitus, adjiciens finemve modumve malorum,  
 Et tua quæ diræ turbarunt Regna FRIDRICE  
 Eumenides WILHELME simul? Mars scilicet ipse  
 Dux, Comes, & fortis cum Milite, Centurioq;  
 Et Capitaneus, & Generalis, Eqvesq;, Pedesq;  
 Brandenburgiacus quem dives suspicit axis  
 ( Helverâ Affinis MICHAELI Religione )  
 Marchio Cæsaribus sceptro Camerarius adstans,  
 Injuriam patitur Mars alter ab alterius vi:  
 Svedica limitibus dum tempore nempe recenti  
 Arma Coloniâcis, temeris induxerit ausis,  
 Cædibus ac flammis, famâ perhibente, refertis.  
 Quæq; Palatini ( Dapifer Comes aurea qui dat  
 Cæsaribus solito Septem de more Virorum  
 Poma ) cruentatos lares turbavit Erinnyes?  
 Ut sua sanguinei macularint compita rivi  
 Gallica cristato turgentia Lilia fastu?  
 Summa: Quid Imperii fasces, Aquilasq; bisignes  
 Bellonæ rigidis commiscuit ensibu? Atq;  
 Singula quaquorsum spacioli climata Mundi,  
 Hostis Gradivi, populantibus omnia secum  
 Ignibus involvit, turbavit & omnia? Causas

Musa mihi memora: At digito compesce labellum,  
 Scrutari causas penetrantius usq; caveto,  
 Sufficiant hac nosse: DEI decreta voluntas  
 Supplicium Regnis immittens vindice dextra  
 Vult culpas meritas merito pensasse flagello:

At quod in hac rerum facie discrimine plena  
 Volventum gravibus potiore fluctibus Orbem,  
 Nostra neci pridem non Mars praeordia dirus  
 Tradiderit, Cujus (post Coelos,) gratia summa  
 Heu dicenda fiet? Patriae quod nempe penates  
 Intacti vireant, medio vel mille malorum  
 Obsepti causis: Hoc fert Tua provida cura,  
 Regnantis Coelo Pelagoq; pedissequa Patris,  
 Natorum studio multis gyrata periculis;  
 Scilicet hoc praestat tua mens **ILLUSTRIS APAFI**  
 Propinans gnatis affectum rite paternum.  
 Pondere curarum nunquam lassate, Tuorum  
 Fortunis valeas vigiles modo ponere salvis  
 Excubias: Deus hinc felicitat omne benignus  
 Consilium, Patriam placida ratione gubernans  
 Quo non est gravius, quo non praestantius ullum,  
 Ut scopulos inter rigidos, Scyllasq; trecentas  
 Patria felici committere Carbasa, Coro  
 Per Thetin adversam valeat, nec fluctibus Austros  
 Horreat infans tumidos hoc aqvore Mundi,  
 Nempe Dei, Michael statione Vicarius ista.  
 Igitur Laris, jactando: leporis acumen,  
 O fortunatam natam, me Consule, Romam!  
 Quem tua parturit distincta superbia fastum;  
 At mihi conveniet transcribere verius ista:  
 O fortunatam patriam, Te Principe, nostram  
 Dive parens Apafi! Nam te Duce frondibus alma  
 Actiacis comptos Pax circumsepta capillos,

Transylvanorum, jugi relevamine Cives  
 Vivificat miseros. Ergo vel cuncta fatemur  
 Nostra tuo patrocinio debere benigno:  
 Uxores, gnatos gnatum serosq; nepotes,  
 Nos, & fortunæ quæ sunt exilia, dona  
 (At quæ maxima sunt: Tutamen Religionis,)  
 Desuper auricomus vel quicquid despicit aether  
 In Transylvano diversi sanguinis Orbe,  
 Te vigilante Pater fruimur (post Numina Divum)  
 Usibus omnimodis. Igitur quid ni benefacta  
 Hæc memori æternum condamus pectore? Nunquam  
 Laudibus exsolvenda satis, nec honoribus unquam  
 Afficienda satis, mercede expertia digna:  
 At quibus elumbes nos exsolvendo fatemur  
 Solvat in æterno pensator dives Olympo.  
 Jam quia vela petunt portum fessante carinâ  
 Ingenit, paucis placet illuc usq; redire,  
 Unde pedem tulerat gracili spaciata cicuta  
 Musula præfixo paulum digressa theatro.  
 Dùm non sit majus, non sit præstantius ullum  
 Crede mihi donum, vel gratia pondere compar  
 Hæc, quæ nunc Princeps signas vel Nestoris ævo  
 Digne, tuos fidâ Gentes pietate fideles  
 Saxonas, orbatos Lachesis sicelice, Coronâ:  
 Cùm nobis alium rarâ pietate probatum  
 Præficus imperio Custodem judiciali,  
 Rite locaturum vigiles pro germine Legis,  
 Ac gregis excubias, humili Tua pectore junctim  
 Jussa capeffurum, Qui Judex Regius usq;  
 Audiatur, aeriâ dùm luce fruatur, inunctus  
 Antiquo veterum cantante Diplomate Regum  
 Pannoniæ, clarâ Sibinis quam lambit, in Urbe  
 Indomitus Nereus, nomen servante vetustum

Nobilis Herrmanni: Post, Gentis deniq; summus  
 Saxonicae Praeses, caput, anchora tuta, secundum  
 Quaeq; fovens Numen caeleste, Viceq; gerentem  
 Ejus in hoc stadio Regem. Pro qua bonitate  
 Nunc tibi magne Pater sacra pietate coruscans,  
 Ingentes referunt grates, servire Fideles  
 Urbibus impliciti muro, concredita queis sunt  
 Jura Fori streperi, Potior qua Saxonis audit  
 Portio, pro COMITE hoc, Magnas dant deniq; grates;  
 Quos penes in Septem, Te praecipiente, Coronis  
 Arbitrium rerum sub Judicis auspicio stat  
 Sontibus extremas soliti decernere poenas:  
 Quod caput exangvi dederis venerabile Genti.  
 Deniq; sacra Cohors divini semina Verbi  
 Dicere Christicolis jurata fidelibus, adfert  
 Ingentes, poterat quas mentibus indere, grates  
*Celse Tibi Princeps:* Quod Mater Catholicorum,  
 Religio, celebresq; Scholae, Custode probato  
 Ac Moecenatis cura, Te dante, fruantur.  
 Aspice quam densa, praesepi moenibus altis  
 Conjugibus, pueris, permitti, deniq; vulgus  
 Pars hominum levior, veniant properentq; phalange  
 Ad Tua sincero cultu nunc Numina, Cives:  
 Ore velut se inter studiis certantibus uno,  
 Barbata, pergrato recitantes pectore, clara  
 Heroi, patriaq; Patri, dextroq; *Regenti*  
*Principis* auspiciis, summo duce & auspice Christo.  
 Curia, Tempa, Domus, Turres, fora, compita, campi  
 Plaudunt, laetantur, Psallunt, paenaeq; cantant  
 Undiq; Saxonidum laeto reboante triumpho:  
*Aeternum vivat Michael Illustris Apasi*  
 Lethiferisq; Pater nunquam succumbat in umbris!

Sospite



Sospite conservent auram te Diiq; Deaq;  
 Turbinis adversi diros nec senseris ictus,  
 Exsuperans Pylios, Parcis bene nentibus, annos.  
 Vive Deo, Patriaq; bono, qui nostra salutis  
 Anchora solus es hic. Vivat tecum simul atq;  
 Quem TU praesidio nobis ad vota locasti,  
 MATTHIAS (verè Donum caeleste dicatum  
 Nominis augurio pietati) sanguinis ortu  
 SEMRIGERIADES cognoscens nempe Penates;  
 Aeternum vivat PRINCEPS, vireat Comes atq;  
 Talia dum strepero modulatur Fama chorago  
 Anne mihi soli suppressa voce tacere  
 Fas erit? Etsi sint tenues in arundine vires,  
 Attamen Aethrae scopulo vel durior ipso  
 Sim, nisi jungam nostris communia votis  
 Jubila soliloquis: Dum vectigalia nulla  
 Saxonibus prostant, Benefactis congrua multis,  
 Quorum Celse Parens, ingens absorpserit omnes  
 Oceanus grates fusas, Metamq; modumq;  
 Votorum excedens benefactis. Proptereaq;  
 Jure bono, Tu bis vixisse putaberè Mundo:  
 Corpore mortali, ceu nunc; Post lumine clauso  
 Aeternis hominum Famae candore cerebris,  
 At prius incolumi Regno felicibus auris  
 Utere, longae vos in secula plurima soles,  
 Tam cito Deposuit DEUS istud neq; reposcat

Nam

Nam licet unanimes Cœli Tibi Regna precemur,  
 Attamen accedas illuc quam sero, precamur,  
 Te prius Illustri cœlestia Fata Georgio  
 Æqualem faciant, talem TU linquere prolem  
 Possis ceu Genitor Lucinâ dante reliquit  
 TE GNATUM patriæ devotum fructibus. Heu Dii  
 Grande meis Pondus votis superesse jubete  
 Pignore Junonem Sceptraq; capace beantes!  
 Hæc quia conjunctis dedimus suspiria votis  
 Sint rata, vel Cœlos penetrantibus, atq; novella  
 Plantula stet Superum curis concredita sacris,  
 Hancq; sinant Triplicem nobis viridare Coronam  
 Sic Michael Apafi, properante Coronide, Princeps  
 Illustris vigeas, iterumq; iterumq; Valeto  
 Publica stetq; salus Regno, TE PRINCIPE salvo.

Annus, Mensis, Dies Electionis.

FebrVa qVarta qVater Mathtæ Vota Coronat;  
 Fata sinant Longos possit lœre Dies.



Na  
 Woll Ehren=Vesten/Nahmhafften/ vnd  
 Vorsichtigen Herren

**M. Matthias Semrigger.**  
 Bisher sechs-Jährig Hoch-Ansehli-  
 gen Burgermeister: Nunmehr aber Lebens-  
 zeitig=bestättigten COMES der ganzen NATION Sächsischer  
 Unversität / Auch neu=erwehltten Königs=Richtern der  
 Haupt=German=Stadt in Siebenbürgen.



Na erfreuet izt den Himmel/was erfrischt als  
 le Orden?

Ey von wannen kompt die Poste / von den  
 Osten oder Norden?

Sage doch du Fliegel-Kopffe/zeige an du Götter=Both/  
 Was vns neüliges besch=eret habe aller Götter=Both?  
 Denn vns höchstes Wunder führet dieser Freude=voller Zeittē/  
 Was für jauchzens vnd ergötzens werd erörtert vnsern Leütten  
 Da doch jüngst=entfernte Tage mit vergalltem Leyde sich  
 Aller Gerthet hier erzeigten/durch ein herben Todes Stich  
 Wodurch vnsern Edlen Sachsen ihr bekrohnets Haupte benom-  
 men  
 Leyder worden/So der Erden kühlen Grab ist eingekommen/  
 Ruhlig drinnen zu beruhen/bisz an aller Leyten Tag



Da ein jeder seiner Wercke Tugend-Lohn erwarten mag.  
Aber disz erweckte Trauren/ vnd ob-angeführtes Leiden  
Wird nun gänztlich aufgeschoben: Weil sich vnser Augen weiden  
An ergänzttem Comes-Stuhle/ welchen eingenommen hat  
So bewürdigt längst gewesen dieser Ehren-Voller statt.  
Vnd disz ist die selbste Ursach so zu diesem Prangen führet  
Dasz man lauter Freud-gehönens allenthalben izt verspühret  
Denn Mercurius, die Poste/von dem hochbesterneten Plahn/  
Kompt hieher zu vns beordert fliegell-schnell zu zeigen an:  
Welcher massen Herr Matthias Semrigger sey aufferkogh-

ren/  
Zu erstatten/ zu ersetzen/ wasz in jennes Tod verlohret  
Dessen Stelle jüngst/berührter Ehren-Wann/besessen hat  
Durch den Himmel-Weer-vnd Erden beherrschenden Him-

mell-Rath.  
Denn von heutze Herr Matthias Semrigger benant soll  
werden  
Recht-erwehltter Königs-Richter aller Königs-Sachsen  
Erden

So von Welt-gepriesnē Gothen Stammē her in ihrem Land/  
Theils von hoch-beteüschten Sachsen an dem faullen Elben-  
Strand.

Diese Siebenbürger Sachsen haben abermahl erwehlet  
Ihren Comes-Königs-Richter/ vnd sich gänztlich eingeselet  
Seiner Väter-Sorg vnd Pflege/ seiner Obacht nun fortan  
Einzuleiden/ ihm zu trawen sich (zu nächst dem Himmel-  
Wann.

Darumb alles sich erfreue/dasz vom jauchzen-Thon erschalle  
Städt/vnd Dörffer/Hügel/ Aw/ mit abis zur Sonn erhob-  
nem Halle/  
Machet

Machet ewre Lust-gepränge/ last all Beyd von hinnen sein/  
Freuet euch mit danck vō herze Gott/bey diese Freude-Schein.  
Aber sind doch (magstu spreche) disz noch nicht so werthe Sachen  
Welche jede Trauer-Geister solten freuden-fähig machen  
Vnd entbunden aller Neill zum frolocken führen an  
Waassen sie eröffnet werden Jährigen bey jederman.  
Denn ja vnser Sachsen-Freyheit zu jedweden Jahres Zeiten  
Wenn die runde Sonnen-Lampe/muß einmahl die Erd omb-  
schreiten.

Vnd einmahl die Trauben-leese/mit dem gold-gegelbtē Korn  
Oder auch die rauhe Froste ihren Eisz-gemengten Zorn  
Vns einmahl gezeiget. Nemlich wenn sich ombgewechslet haben  
Sommer/ Frühlung/ Herbst/ vnd Winter durch die drey-mahl  
viere gaben

Der belehten Woudes Fackell: Ist man ja befüget schon  
Bey außwechslung jeden Jahres zu erwehlen solche Kron/  
Eines werthen Königs Richters: darff man denn solch Hallens  
machen

Mit solch alt-gepflognen Dingen/ vnd all jährlich-neuen Sachē  
Denn du jährlich Königs-Richters/ hohes Burgermeister  
Ampt

New betwehlet sehen mögest/Hann/vnd Rathmā eingesamlt.  
Aber lieber Einwurffs Richter/wollest dich wasz anbequāmen/  
Dieser Sachen rechten Grunde eigentlichen zu vernehmen/  
Deine Fremdbheit zu bedienen/ in dieser Beschaffenheit/  
Dasz hierob dein rechtes wissen könne machen Unterscheidt:  
Dasz ein Comes-Königs Richter/vnd ein and're Richter Stelle  
Oder sonst Beampten Mannes wesen/ vns für Augen stelle  
Welche ihrer Pflichte-Waltung Vrlaub schencken allezeit  
Wē der kalte Geñer mit der Weyhachts woche vns erfreut.

Aber diese Königs Richters Himmel-hoch erhobne Würden  
Legen durch kein Vrlaub habung ihre Sorgen-volle Bürden  
Werden auch durch kein Bejahrung der bezweiffsten Monats  
Zeit

Ihres Last/ergebnen Joches igt vnd nimmer aufzgekleidt.  
Maassen Comes/Richters Pflichten / nur alleine sich belegen/  
Mit der werthen Vnterlage/ in den eüßern Todes Netzen/  
Allwo alle Dinge grenzen / an der bleichen Sterbens Thür  
Da bejahret auch ihr Ende diese Pflichte für vnd für.  
Vnd daß nicht von ungefähre/ noch aus hoch/trabendē Sinnen  
So der Hoffart Schlawen/Geistern vill vnebnes angewinnen/  
Sondern aus Vhr-Altem Stiffte/ welche nun geduyhen hat/  
Zweg vund Kunzigk vnd vier Hundert Jahres fristen früh  
vnd spät.

Nehmlig diß betagte Ordnung hat dem Sachsen Hausz ge-  
schencket

Ein Bekröhnter Königs-Kopffe / dessen Fama stets gedenccket  
Wegen des gerechten Rechtes: da er selben leben hieß  
Der von Rach/erfasten Degen in seine Gemahlin stieß;  
Daß warstu O Vnger-König da du deine Weeg genommen  
Willens zum berufftem Grabe nach Jerusalem zu kommen/  
Aufz andacht-bezeigte Heiste damahler Hotts Frömmigkeit  
Du/ du heiliger ANDREAS hast daß Sachsen Bluth ers-  
freut

Mit selben-zu paar-besiegelt: hoch verbriefftē werthen Dingē/  
Welcher Nutzen/von ermeldte Jahren biß hieher sich schwingē  
Ober vnser Sachsen-grenzen/ Dörffer/ Städte/ vnd Was-  
ser-Strand

Daher eben vnser Freyheit grühnet in dem Vaterland.  
Sehe nun du Negder/Shore/ laß dein stachelichte Strahlen  
Deiner

Deiner unumschränckte Boszheit diese Kleinod vns zermahlē  
Diese Eröhne wird doch grühnen in voller Beständigkeit  
Bey dem Edlen Sachsen-Stammē nun vnd immer allezeit  
Den ob schon der tolle Balger Mars mit Blut/gefeybten Was-  
sen/  
fen/

Aufz/ vermög der Götter Gredre diese Sünden-Welt bestraffen  
Da er hoch bemaurtte Städte/sampt dem Zaun-umbfasten  
Hausz

Wärfft zu trümmern vnd zeräschet alles mit erstartem Grauß:  
Da Er Männer: Weiber leiber ohn erbarmen niedersäbelt  
Bleibet doch in solchē Stürmē/von ihm meistens vnbeschnäbelt  
Die verpaahrte Tugend-Freyheit/bey jedem geehrten Blut  
So daß Sterben-nabe Leben eher willig von sich thut.  
Als den Ruhm des Edles Sieges / seine Freyheit zu erhalten  
Worumb jedes Teütsches Hertz/ehe sich in Stücke spalten  
Von der Feinde wütten ließe/ als daß seiner freyheit-Truhn  
Solte vnbesonnen' Fußes/ein befahrten Absprungk thun.  
Denn auch Plutons matte Schätze / müssen offerter vnterliegen/  
Nach dem Sie die Welt-Gemüther Spiegel-sechterisch betrigē  
Mit verkleistrung ihrer Augen/denn sie ja in keiner Noth  
Heyll-bewährte Rettung geben können/als nur Erd vnd Roth.  
Aber die bekröhnte Freyheit/ läßet ihre Wacht herblicken/  
Ihr ergebne Tugend-Hertzger/ innigkligen zu erquickē/  
In jedwedē Nordes Hauffē/ wen die Noth schon höher wär  
Als auch aller Vnglücks-wellen/helt sie Fuß doch in gefahr.  
Solcher mögenhafften Freyheit/ wir vns igt bedienet haben  
Da wir (nächst der Götter-gütte) dieser Himmel werthen Gabē  
Durch des Landes-Waters Gütte/ sind habhafftig worden  
hier/

Daß wir vnsern Comes-Richter eingewehlet nach Begier.  
A iij Weisheit

Welches du mein Ehren-Golde Herr Matthias bist  
gewesen

Lugend-würdig hoch geprisen / dich zu solchem zu erwehlen;  
Dasz hat deine welt-bekandte Frömmigkeit gewirckert aus  
Dasz du würdig eingewidmet bist zu diesem Tugend-Haus/  
Denn hier nicht dasz selbste Kennen / noch verbot-umschränck-  
tes Lauffen

Weniger die Schmeichell-suchte / schweige / der geschenke Hauff  
Haben igt empor erhoben / dich zu dieser Ehren Krohn:

Sondern nur die Gottes Wähle aus dem sackelicheen Thron  
Der villtausend Sternen Richter: welcher alle Welt regieret  
Vnd nach ewiger Berathung aller dinge Thun anföhret /

Da ist vnser Glück gesponnen nach aller Umbstendigkeit /  
Deme du nie wiederstreben mögest / nur ein Finger-breit;  
Demnach wasz bedencckens hemmet mit vorher erwogne Sinnen  
Deinen Geist / Herr Semrigerus, diese sorgen-volle Zinnen

Sinzunehmen? weil zu dieser Ehr / der Ewig Himmels Rath  
Ehe du in Butterleibe warest / dich erköhren hatt:

Seine Schafflein aufzuführen / vns dein vntergebne Bürger  
In dein Arme zubeschliessen / vnd für allem Unglücks-Würger

Seine Heerde zu beschützen / kom vnd sey du vnser Zierd  
Denn der dich hierzu beruffen / sathnahm dich auszrüsten wird

Nun du Edles Sachsen-Hause / vor / den Waffen außerköhren  
Als ein rechte Helden-wurtzel alter Gotthen hergeböhren /

Rechter Wirth / vnd alter Gast / in diesem Siebenbürger  
Land

So der Vätter Sieges-waffen dir verlassen bey der Hand /  
Vnd Ein Unverlicke zu heutte benamset worden /

In einem mit Teütscher liebe fest verpichtem Standens Orden  
Nebenst Sieben Richter-Märcken (so der Aeltre

Stammen ist

Vnser

Vnser Siebenbürger Sachsen) Kommet her zu dieser frist /  
Mit verpaahrter Glückes wünschung vnsern Comes zu beehren  
Vnd mit Schuld ein-pflichtigkeit der Gemüther zu verehren;

Kom zur ober-spitz du abermahl beselte Hermanstadt  
So den alten Ursprung: Nammen von ihrem Erbauer hat

Der / vorhin der Zeben-Flusse / (so zur nebenseitt abstreichet  
Vnd mit seinen Feuchtigkeit sie fast mehr als gnug erweichet)

Hab den Namen Zeben-flecken / bisz hernach der Herren-man  
Hoch aufthürnte vnd umbmaurte diesen wolgelegnen Platz

Kom zu sehen eingeladen zu den hohen Comes. Warden  
Herrn Matthias Semrigerus so die Last-behauffte Bürden

Dessen Comes. Stuhls auffladet / welchen Kuber / Gutter /  
Roth

Pfepfling / Hedwig / Rakasch / Galler / Julius / vnd Walmers-  
Roth

(Neue Helden vngenennet) vor Vhr-alt verwichnen Zeiten  
Löbligen besessen haben: Siche den soll igt beschritten

Jüngst-erwehnter Ehren Gold: Drumb freue dich O Bürger  
gerschafft

Denn dein Kopffe-loser Leibe kriegert neue Lebens-Krafft:  
Schaw dein Edler Herrschafft-Orden / die beschworne Ratho /

Derwandten /  
Sampt den dreyen hohen Hauptern / der vornchmen Ampto-  
Bekandten

Stellen sich in Schuld-gebähre / vnsern Comes an die Seitt  
Wünschend seinem Regimente Glück vnd Segen allezeit:

Welchen auff die Füsz nach schreiten / die zehnmahl gedehnte  
Männer

So zu dieser hohen Wähle sind die erst-erköhrene Kenner /  
Vnd beehren ihren Comes in der Römer Lieberey

Die

Die des Eüssern Rathes Logaten/ vnd legen dem Himmel bey  
Ehren-Danck vnd namens Rähmē/ der so höchlichen beglücket  
Ihre wahlen vnd Bemüher/ dasz darnebenst zugerücket  
Auch die Fürstlig Oberstimme/ erkennend dasz raum und spat  
Dasz behelt zu allen Zeiten/ was Gott auffersehen hat.  
Aber was will Braslus-Heyde dessen Burzenlandes Sonne  
Bey der newen Comes-wahle/ stimmen an für frewd vnd wonne  
Dem von Schnee vnd Luft bestürmte Zinnen-Berge/  
Nachbar-Hausz

Chronstat/ aller Crohnen-Crohne/ dich wil ich anfären/ auß  
Vor-erregtem Sachsen-Corpo, in der Ordnung drittes Gliede  
Wessen Obacht für zuwarten du dich weder matt noch müde  
Je erzeigest? Fast mir ahnet/ als erhön ein Freud-Beschosz  
Vnsern Comes zu beehren auff deinem erhobnen Schlossz:  
Auch/ mein werthes Vatterlande/ in der Wittwe eingezirket  
Da vorhin viel Vnglücks-Possen dir sich haben eingewircket  
Dessen Lob doch heütte grühnet/ dasz es seine Ober-Hand  
Sieglich hab Empor behalten/ in viel hartem Vnglücks-  
Stand.

Seine Boten izt hertragen/ vnsern Comes zu beehren  
Mit gebührter Huldigs-Pflichte/ wünschend/ dasz ihm wolt  
bescheren

Gott auff Erden langes Leben/ ihm vnd sich zu großem H-  
Wie auch all bedrängten Armen zur Erlabung alle weill.  
Auch du jüngst/ geprofftes Gliede/ Teütscher Sprachen  
Schwager-Nöfen

Hast auch deine Frewd-bezeigung Ehr-erbietig aufferlesen/  
Glück zu wünschen vnserer Crohne/ new-beseeltem Comes-  
Liecht

Dasz ihm seinen Stuhl bewahre Gottes Gnaden-Angesicht.  
Nun

Nun du hohe Scheszburgk eytle/ die du must zur Nachbar-  
Seitten

Den gepaahrten Hermans Degen/ in die andre Stelle schreiten  
Dir hab ich hier vorbehalten/ in der Sieben-Richter Zahl  
Nach dem Haupt die Ober-Stelle: Ey laß auch dein frew-  
den-mahl

Auß den Drey bewapten Thürnen/ Wolcken-stürmig hell  
erschallen

Vnsers newen Königs-Richters Ehren-Wahle zugefallen/  
Die in all/ Begebenheiten treülig gehest an die Hand  
Diesem Ober-Comes Haupte in recht Brüderligem Band.  
Vnd die ihr vom Mühlen-Flüsse ewre Rähmē her bekennet  
Wachet eure Frewden kündig/ vnd von andern eüch nicht trennet  
Vnsern Comes zu beehren: Weill mit Euch sich paaret heut  
Die vom Schencker-Stein entsprossne Warcks vnd  
Stubles Obrigkeit

(So dem Nürinberger Herman treüster Capitayn gewesen  
Vnd mit seinen Pegnitz-Sachsen diese Layden aufferlesen  
Hier dem Hausz-Gott aufzubauen seine Zelt vnd wohn-  
Panier

Siebet also Schencker-Steine diesem Stuhl vñ Warcks-  
Revier

Seinen Adeligten Nahmen) welche auch daher izt gehen  
Vnsern Comes zu bedienen/ denen an der Seyte stehen

Die vom alten szirada vñ Reiches-Warck tritt auch herā/  
Glück vnd Segen anzuwünschen vnserm Ehren-werthen  
Wann.

Ach wasz seimestu betagte vortraberin anderer Sachsen  
Die du von den alten Sothen pur allein bist hergewachsen

B

Ehe



Se noch die Zehen-Bürger kriegten ihre Behaupter  
Stadt

Hastu noch für zwey/mahl achtzig Jahren/ aus ersinttem  
Rath

Auff die hohe Ruppes- Klippen deine Nester eingeschantzet  
Wessen ähren-gekrohneter Boden auch die Sachsen-Zung be-  
gränzet

Kompt heran Ihr treue Kepsler/ wünschend dasz der newe  
Trohn

Herrn Matthias Semrigerus grühne stets in Freud und  
Wonn:

Denn das alte Glezner-Hause lasset schon sein Wünsch  
hören

Seinen Ober-Königs-Richter eingeseget zu verehren/

Dasz Er zehle ville Jahre bey Verwaltung seiner Pflicht

Und im Regiment verspühre Gottes Helffers-Angesicht.

Nun da alt benametes Varos, so die Sieben-Richterschlitzest/  
Und die alten Sachsen-Gränze enden/ und einschräncken müs-  
fest/

(Richter in der Mutter-sprache Sachsen-Stadt zu Broofs  
genant

Von dem Sanct-Ambrosij Flecken) Syll herzu vom Wö-  
risch-Stranck

Und bekenne dich zugleich zu vorher-erzehltten Ehrhne

Glück zu wünschē Herrn Matthias Semrigerus Comes-Throne/

Sprich in tieff-geholttem Seufftzer: Dasz Ihn segne Got-  
tes Hand

In beglücktem Regimente/ mit vereinttem Liebes Band

Regen jede Stamm-Genossen Einer Universitäre

Derer-für all and're Landes Gerther. Fünff geprisnen Städte  
Und

Und den Sieben neben-Richtern/ so mit Sorge stehen für/  
Den bedrängten Aekers/ Reütten in dem Stuhl- und Warck-  
Revier.

Kommet eyllt allefammen/ so vom Sachsen-Beth herstammē/  
Richter/ Räte/ Herren/ Knechte/ Bürger/ Handwerck-Beüt  
zusammen/

Und zur Spitzerkohrne Erdē der gelährten Priesterschaffe  
Schuhl-geflizne Jünger-Chore aller guten Wissenschaft;  
Nehmet euch ein kleine Weille/ ohn Beschwerden einzukehren  
Bey beschriebnen Stammens-Gliedern/ Euren Comes zubes-  
ehren/

Wit beseeltem Glückes-wünschē: Dasz Ihm aller Götter  
Gott

Rege vnter seine Arm die Helffers-Hand in aller Noth.  
Ich/ der vnberitt'ne Reutter mind' rer Charge vnter allen  
Wag auch nicht verriegelt halten mein- noch mehr als Kinders  
Ballen/

Sondern setze meine Seufftzer allen Hertzern an die Seytt  
Wünschend: dasz Herr Semrigerus werde seelig überkleide  
Wit all selbst erwünschtem Segen/ von dem Richter aller  
Richter

Welchen heilig preisen alle Himmels-Heeres Angesichter

Der verleghe gute Bedeyen diesem neuen Regiment

Dasz der Anfang/ woll bemittelt/ habe (Spath) ein guttes  
Ende.

Aber wessen Ungewitters-Noth hat doch sich zu befahren/  
Der sich mit der Götter-Waappen läst bezeichnen und verpaf-  
ten?

Sih' doch Herrn Matthias Waappen helt das Gottes Oster-  
Lamm

( So der Menschen Sünden wusche wusche auß am Creuz  
des Stamm. )

Mit dem Sieg/beeckrätzte Fahne: Damit klährlich andudeckte/  
Dass Herr Comes-Semrigerus alle Unglücks/Wiedrigkeiten/  
Mit dem vor der Welt Gebawe Tod-gemeztem Gottes  
Lamm

Woll' obliegen / vnd zerstöhren/ aller Teuffel Unglücks-  
Krahm.


Eg dass gobe Christus eben/vnd lass dein Bestättiges Fahnen/  
Zu der Sachsen/feind getümmels Oberwindung dich annah-  
nen!

Dass wie Selbe ihre Flügel über alle Luft auß breite  
Du dich also schwingen mögest über alle Greittigkeit:  
Dein-von Fürste. s Gnaden. Gnd. ercheilter Säbell vns verk-  
fichte

Vnd regiere / mit begüldte Pusticken dein fromm Geschlecht;  
Wozu Gottes Gnaden-Geiste dir ein Davids-Hertz bereit  
Nach vollbrachtem Regimente zu bestehn die Sehligkeit.

MATTHIAS MILES E. R. D.  
in Hermanns Stadt.





( So der Menschen Sünden-wusche wusche auß am Creu-  
zes Stamm. )  
Mit dem Sieg/beeckrätzte Fahne: Damit klährlich andudeütet/  
Dass Herr Comes-Semrigerus alle Dnglücks-Wiedrigkeiten/  
Mit-dem vor der Welt Gebärwe Tod-gemeztem Gottes  
Lamm  
Woll' obliegen / vnd zersthören/ aller Teuffel Dnglücks-  
Krahm.  
Ey dass gebe Christus eben/vnd laß dein Bestätiges Fahnen/  
Zu der Sachsen/seind getümmels Oberwindung dich anmah-  
nen!  
Dass wie Selbe ihre Flügel über alle Luft auf breite  
Du dich also schwingen mögest über alle Streitigkeit:  
Dein-von Fürste: s Gnaden. Sind ertheilte Sabell vns vers-  
setzte  
Vnd regiere mit begüldte Puszickan dein fromm Geschlechte;  
Worzu Gottes Gnaden-Geiste dir ein Davids-Hertz bereit  
Nach vollbrachtem Regimente zu bestehn die Schligkeit.

MATTHIAS MILES E. R. D.  
in Germano Stadt.



